

AD
AUGUSTUM.

**Tu Civem Patrémque geras; Tu consule cunctis,
Nec tua Te moveant, sed publica vota.**

Claud. ad Honor.

Epigramma.

**Augustus Cæsar, positâ, clementior, hastâ,
Martia Civili temperat Arma Jocô.
Otia, Victor, agit; Civémque Patrémque gerendo,
Fulgida Majestas se quasi facta minor.
Ponite, Mortales, fastum; Diis proximus Heros
Hic Numen potuit dissimulare suum.**

AD
CÆSAREM BRABEUTEN.

**Civibus æternum, Cæsar, testatus Amorem,
Pleraque, quæ dederas, præmia, Victor, habes;
Fine Coronato, rari monumenta favoris,
Consulis ad grates, ore favente refers.**

**Marte Tuos Cives munis, atque Arte tueris:
Ergò Corona Tibi Civica danda duplex.**

Q

Epigram-